



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 61. Transylvaniæ motus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII.  
A. C. 1603.

§. LXI.

*Transylvaniæ motus.*

*Hist. Panon.* Interim Moses Ciculus in Transylvaniæ  
l. c. collectis ex nupera clade viribus Colosvariam perfidorum civium ope-  
*Reva de* suam rededit potestatem, simulque Ne-  
*Monarch.* bilium potius ignavia quam perfidia  
*Art. 6.* bam Julianam interceptit: vicissim ve-  
*Thuan. hist.* Cæsarei Turcas, qui Bibarium aggre-  
l. 130. tentabant, cum ingenti clade proflig-  
*Han nova* runt, captis Tartarorum quamplu-  
*Pan. ad* mis: Demum die vigesima quinta Junii  
ann. 1603. Georgius Basta Bellidux cum quatuor  
*Isthuaf.* suorum millibus in Transylvaniam ve-  
l. 33. nit, Cosaccis transitum interdicturus  
moxque conjunctis cum Radulpho Va-  
lachiæ Vaivoda copiis ferociter in de-  
trum Mosis cornu invehitur, jamque tu-  
batis Ordinibus duas alas in fugam agi-  
adeo ut rebelles cominus pugnam con-  
serere cogerentur. Tum vero simili  
ruinæ strages erat, tandem vero urgen-  
tibus Basta Equitibus omnes Ciculus  
fuga abstulit, ceteris ingenti cæde pro-  
stratis: nihilominus Moses desperatione  
animum acuente rursus in prælium re-  
dire constituit, sparsosque & incompo-  
sitost numero circiter quoad tria millia  
colligit, atque inconsulta victoriae fi-  
ducia animatus Mense Septembri Mar-

sam Tribunum inopino impetu obruere Sæc. XVII.  
tentat. Hic cognito ipsius consilio, ut A.C. 1603.  
hostem falleret, castris suis excessit,  
mox vero instructo milite & composito  
Equitum octingentorum agmine hostem  
a fronte & a tergo aggreditur, fusoque  
plurimo sanguine profligat, cæsis qua-  
tuor Transylvanorum millibus, &  
in his ipso Mose Ciculo, quem Radulphi  
apparitor per medium dorsum balistæ  
globo percussum trucidavit: Caput il-  
lius gladio avulsum Stephanopolin  
transmissum est, ad ceterorum terro-  
rem publico spectaculo expositum. Hi  
qui cladem evaserant, metu dissipati,  
qua cuique patebat ad fugam via, erum-  
pebant, potissimis eorum ductore Al-  
berto, & Bactesseno Temeswrariam con-  
volantibus. Tandem arridente belli  
fortuna, captisque centum viginti octo  
signis, quæ Pragam ad Cæsarem trans-  
missa fuere, Basta totam Transylvaniam  
Cæsaris imperio subjecit, ac continuato  
victoriæ successu hostem recenti clade  
territum intra Temeswariæ mænia op-  
pugnare decrevit, inclinata tamen jam-  
jam tempestate diuturniorem obsidio-  
nem veritus, impetum inhibuit. Prius  
tamen Cæsarei die decima octava No-  
vembbris post brevem obsidionem Hatva-  
num deditione ceperunt.

## §. LXII.